

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 85. Pontificis declaratio in pleno Purpuratorum Senatu facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

ernius,
er To-
beret,
Præ-
coram
com-
Arra-
ongre-
bilita-
s effet.
æfules
omam
nimum
ad al-
lacue-
gerunt,
am in-
l hæc
e cum
insti-
sis de-
Præsu-
ad al-
pedes
ratio-
is Mi-
ubi e-
s Car-
m fue-
a reje-
diebus
jussit,
quod

quod usque ad Januarii initium tuto
Romæ subsistere posset.

Sæc. XVI.
A.C. 1593.

§. LXXXV.

*Pontificis declaratio in pleno Purpu-
ratorum Senatu facta.*

Cum circa tanti momenti negotium *Thu. l. 108.*

Romæ varii sermones spargerentur, ac Cardinalium nonnulli rem dun-

taxat inter Pontificem, & quosdam privatos, non autem in pleno Patrum Senatu agitari indignarentur, hinc Clemens VIII., ut ejusmodi querelis obicem poneret, die vigesima Decembris omnium Cardinalium Senatum cogi præcepit, ubi quorumdam, qui ipsius agendi rationem carpere præsumperunt, libertatem acrius redarguens, congregatis hæc declarabat: „nec ex-
„cusationes, nec Navarræ regis sub-
„missiones excipere volo, eoquod con-
„scientiæ meæ religione prohibear,
„tanta facilitate Principi relapso fidem
„adstruere, neconon potentissimum Fran-
„ciæ Regnum eidem committere, nisi
„prius debita, ac necessaria circum-
„spectione usus fuerim; si enim res ali-
„ter decideretur, levitatis notam non
„effugerem, cumque omnes meo judi-
„cio, ut notum est, starent, sententiam
„hac in re pronuntiare nequeo, nisi hoc
„negotio prius mature discussio, ne cæ-

, co-

Aa 5

Sæcul. XVI. „cōrum Dux audiam, probosque Ca-
 A.C. 1593. „tholicos natione Gallos æternæ dam-
 „nationis periculo exponam: proin om-
 „nibus certo persuasum sit, quod in
 „tanti momenti negotio animi constan-
 „tia mihi non desit, nec unquam per-
 „missurus sim, ut nimia dissimulatione,
 „aut dolosis humanæ prudentiæ arti-
 „bus circumveniar.,, Hac declaratio-
 ne Hispanorum Cardinalium indigna-
 tiones cessabant, ac Nivernius Dux omni
 prosperi successus spe frustrabatur.

§. LXXXVI.

*Quatuor Præfules ad Purpuram
nominati.*

Ciac vit. Priusquam Nivernius Dux Romam ve-
 Pontif. t. 4. nerat, summus Pontifex die deci-
 pag. 277. ma septima Mensis Septembris quatuor
 Cardinales, & quidem duos Presbyte-
 ros, totidemque Diaconos crebat,
 quos inter primus erat Lucius Saxus
 cognomento Neapolitanus, eoque ejus
 Pater Carolo V. Imperatori in Neapolis
 Regno a consiliis fuisse. Natus erat
 Lucius anno Christi millesimo quingen-
 tesimo septuagesimo primo, primusque
 fuit Ripatrasonis in Marchia Anconitana
 Episcopus, ac proin Firmensis Archi-
 episcopi Suffraganeus, quamvis quinto
 post anno hanc Ecclesiam dimitteret,
 ac Romæ in privatæ vitae tranquillitate
 dies